SERENISSIMO, ET POTENTISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO

Domino JOHANNI GEORGIO, Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium,

Sacri Romani Imperii Archimareſchallo & Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggravio Magdeburgenſi, Comiti de Marca, & Ravenſpurgo, Domino in Ravenſtein, &c.

NEC NON

ILLVSTRISSIMO, CELSISSIMOq; PRINCIPI, AC DOMINO DOMINO IOHANNI GEORGIO, Duci Saxoniæ &c. Filio Majori natu, ſuæ Sereniſsimæ Celſitudinis, Chariſsimo: Dominis Dominis Clementiſsimis: ORTUM, & STATUM vitæ ſuæ, 24. Junij, Anno 1624. feliciter Dei gratia recolentibus; Hoc exile metrum, cum Candido voto conjunctum, eâ quâ par eſt animi ſubmiſsione,

DAT, DICAT, & CONSECRAT.

ALMA SALVS, DIVI, LONGÆVAq; PRINCIPIS, ÆTAS,
EST POPULI COLUMEN, LUMEN, & ALMA SALUS,
Donec enim firmis domus eſt firmata columnis,
Structuræ, quævis pars, quoq; firma manet.
SOL, decus eſt cæli, fax & clariſsima mundi,
Cujus, cuncta ſimul, LUCE vigente, vigent.
Vt paucis dicam: ſupereſt dum VITA ſuperſtes,
Vivunt, & meliùs cætera membra valent.
Sic Divus Princeps, Divini Cultor Honoris,
Pacificus, Clemens, Juſtitiæq; tenax,
Donec longævâ, gratâ fruiturq; ſalute,
Integer eximij ſtat DITIONIS honor.
Hîc Pietas, hîc Salva Fides, & commoda Pacis,
Hîc urbes florent, oppida, & arva virent.
ET VOS ILLUSTRES, ILLUSTRI SANGVINE NATI,
SAXONIAE DOMINI, MAGNANIMIq; DUCES,
Quos Pietas celebrat, Probitas, Bonitasq; decorat,
Et ceû FULCRA Soli, vulgus honorat, amat.
In Primis, VIRTUTE POTENS, ac INCLYTE PRINCEPS,
Imperij SEPTEM-VIR memorande Sacri,
Qui PIA DIVINI ſervas ORACULA VERBI,
Proſcriptasq; foves Omnipotentis oves;
Qui priùs inſtructus ſolerti Palladis arte,
Artibus excultos protegis usq; viros:
SCEPTRA tenens, & PACE fruens, qui diligis Æquum,
Extollendo bonos, dejiciendo malos:
Tu quoq; PRÆCLARÆ STIRPIS GENEROSA PROPAGO,
Quæ PATRIS ILLUSTRIS, NOMEN, & OMEN habes:
Vos, inqvam, ILLUSTRES, ILLUSTRI SANGUINE NATI,
SAXONIÆ DOMINI, MAGNANIMIq; DUCES:
Dante DEO quoniam vitalem ducitis auram,
Natalemq; Dei concelebratis ope;
Dante DEO quoniam vivit CELSISSIMA PROLES,
Vivit & ILLUSTRI SANGVINE NATA PARENS,
Ergò SALUS veſtræ, Pax, ſplendor, Gloria vitæ,
Eſt Populi Splendor, PAX, DECUS, atq; Salus.
RELLIGIO gaude! REGIO celeberrima plaude!
Et mecum DOMINIS proſpera cuncta vove!
Vive PATER PATRIÆ! dulci cum CONJUGE vive!
Et cum PROGENIE ſecula longa vide!
Omnipotens OMNES tueatur dextra Jehovæ!
Vt vigeat Fidei, Iuſtitiæq; vigor!
ADSIT in æternum PAX! & genus omne bonorum!
ABSIT & omne, queat ſi quod obeſſe, MALUM!

Sereniſs. & Illuſtriſs. Celſi. Veſtræ.

Cliens humillimus, &
Exul Chriſti afflictiſsimus,

NICOLAVS LVTEOLA Guttebergenus, Bohemus.

DRESDÆ,
Typis Gabrielis Stümpffeldt/
ANNO ut ſupra.

Kapsel 78 M 335
(26)
X3132766
UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 M 335 [26]
AK
VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642107-p0002-9

SERENISSIMO, ET POTENTISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO

Domino JOHANNI GEORGIO, Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium,

... mani Imperii Archimareſchallo & Electori, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, Burggravio
Magdeburgenſi, Comiti de Marca, & Ravenſpurgo, Domino in Ravenſtein, &c.

NEC NON

... IMO, CELSISSIMOq; PRINCIPI, AC DOMINO DOMINO IOHANNI GEORGIO,
... &c. Filio Majori natu, ſuæ Sereniſsimæ Celſitudinis, Chariſsimo: Dominis Dominis Clementiſsimis:
... UM, & STATUM vitæ ſuæ, 24. Junij, Anno 1624. feliciter Dei gratia recolentibus; Hoc exile
metrum, cum Candido voto conjunctum, eâ quâ par eſt animi ſubmiſsione,

DAT, DICAT, & CONSECRAT.

... I, LONGÆVAq; PRINCIPIS, ÆTAS,
... COLUMEN, LUMEN, & ALMA SALUS,
... omus eſt firmata columnis,
... is pars, quoq; firma manet.
... fax & clariſsima mundi,
... nul, LUCE vigente, vigent.
... reſt dum VITA ſuperſtes,
... s cætera membra valent.
... ivini Cultor Honoris,
... ns, Juſtitiæq; tenax,
... â fruiturq; ſalute,
... at DITIONIS honor.
... Fides, & commoda Pacis,
... , oppida, & arva virent.
... , ILLUSTRI SANGVINE NATI,
... MINI, MAGNANIMIq; DUCES,
... Probitas, Bonitasq; decorat,
... Soli, vulgus honorat, amat.
... POTENS, ac INCLYTE PRINCEPS,
... M-VIR memorande Sacri,
... vas ORACULA VERBI,
... ves Omnipotentis oves;
... olerti Palladis arte,
... protegis usq; viros:
... PACE fruens, qui diligis Æquum,
... s, dejiciendo malos;

Tu quoq; PRÆCLARÆ STIRPIS GENEROSA PROPAGO,
Quæ PATRIS ILLUSTRIS, NOMEN, & OMEN habes:
VOS, inqvam, ILLUSTRES, ILLUSTRI SANGUINE NATI,
SAXONIÆ DOMINI, MAGNANIMIq; DUCES:
Dante DEO quoniam vitalem ducitis auram,
Natalemq; Dei concelebratis ope;
Dante DEO quoniam vivit CELSISSIMA PROLES,
Vivit & ILLUSTRI SANGVINE NATA PARENS,
Ergò SALUS veſtræ, Pax, ſplendor, Gloria vitæ,
Eſt Populi Splendor, PAX, DECUS, atq; Salus.
RELLIGIO gaude! REGIO celeberrima plaude!
Et mecum DOMINIS proſpera cuncta vove!
Vive PATER PATRIÆ! dulci cum CONJUGE vive!
Et cum PROGENIE ſecula longa vide!
Omnipotens OMNES tueatur dextra Jehovæ!
Ut vigeat Fidei, Iuſtitiæq; vigor!
ADSIT in æternum PAX! & genus omne bonorum!
ABSIT & omne, queat ſi quod obeſſe, MALUM!

Sereniſs. & Illuſtriſs. Celſi. Veſtræ.

Cliens humillimus, &
Exul Chriſti afflictiſsimus,

NICOLAUS LUTEOLA *Guttebergen.*
Bohemus.

DRESDÆ,
Typis Gabrielis Stümpffeldt/
ANNO ut ſupra.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642107-p0003-5